

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta
Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvtatæ Dicvntvr, & Quæstiones
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Vtrum Deus cognoscat singulare nunc esse, uel no[n] esse.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](#)

Vtrum intellectus humanus singularia cognoscat.

Sexto queritur, utrum intellectus humanus singularia cognoscit. Et uidetur quod sic: intellectus n. humanus cognoscet abstrahendo formam a materia, sed abstractio formae a materia non avertit ei particularitatem, qua etiam in Mathematicis, quae sunt a materia abstracta, est considerare particularites lineas: ergo intellectus non per hoc per immaterialiter, non impeditur quin singularia cognoscatur.

Prat. Singularia non distinguuntur secundum quod continentur in natura, ceterum, quia participatione speciei plures hoeres sunt unus homo si ergo intellectus noster non cognoscit nisi universalia, tunc intellectus noster non cognoscit distinctionem universalis singularium ab aliis, & sic intellectus noster non dirigetur in operabilibus in quibus per electionem dirigitur, quae distinctionem unius ab altero presupponit. Sed dicendum, quod intellectus noster singularia cognoscit, in quantum applicat formam universalis ad aliquod particulare.

Sed contra, intellectus noster non potest applicare unum ad aliud, nisi virum que præcognoscatur, ergo cognitionem universalis & singularis praedicta applicationem universalis ad singularis, non ergo applicatio praedicta potest esse causa, quare intellectus noster singularia cognoscere poterit.

Prat. Secundum Boet. in 5 de Consola. Philo sophie, quicquid potest virtus inferior, potest superior, sed ut ipse ibidem dicit, intellectus est supra imaginationem, & imaginatio supra sensum, ergo cum sensus singulare cognoscatur, & intellectus noster singularia cognoscere poterit.

SED CONTRA est, quod Boet. dicit, singulare est dum sensit, universalis dum intelligitur.

RESPON. Dicendum, quod qualibet actio sequitur conditionem formæ agens, quae est principium actionis: sicut calor factio mensuratur secundum modum calorissimilitudo autem cogniti, quia informat potest cognitionis, est principium cognitionis secundum actionem, sicut calor factio mensuratur, & ideo poterit, ut qualibet cognitionis sit per modum formæ, quae est in cognoscere: unde cum similitudo rei, quae est in intellectu nostro, accipiat ut separata a materia, & ab omnibus materialibus conditionibus, quae sunt inductionis principia, relinquitur, quod intellectus non per se loquendo singularia non cognoscet, sed universalia tantum: omnis enim forma inquantum huiusmodi, universalis est: nisi forte sit forma sub sistens, quae ex hoc ipso subsistit, incomunicabilis est: per accidens contingit quod intellectus noster singularia cognoscit: ut n. Philo. dicit in 3. de anima,phantasmata se habent ad intellectum nostrum sicut sensibilia ad sensum, ut colores, quae sunt extra animam ad usum, unde sicut species, quae est in sensu, abstrahitur a rebus ipsis & per ea cognitio sensus continetur ad ipsas res sensibiles; ita intellectus noster abstrahit speciem a phantasmatis, & per ea cognitio eius quodammodo ad phantasmata continuatur: sed tamen tantum interest quod similitudo, quae est in sensu, abstrahitur a re ut ab obiecto cognoscibili, & ideo res ipsa per illam similitudinem recte cognoscit, similitudo autem quae est in intellectu, non abstrahit a phantasmate sicut est ab obiecto cognoscibili, sed sicut a medio cognitionis per medium, quo sensus non accipit similitudinem rei, quae est in speculo dum fertur in eam, non ut in

A rem quandam, sed ut in similitudinem rei, unde intellectus noster non directe ex specie, quam significat, fertur ad cognoscendum phantasma, sed ad cognoscendum rem cuius est phantasma: sed tamen per quandam reflexionem reddit etiam in cognitionem ipsius phantasmatis, dum considerat naturam actus sui & speciei per quam intuetur, & eius a quo speciem abstrahit, s. phantasmatis: ita per similitudinem, quae est in visu a speculo ac cepta directe fertur visus in cognitionem rei speculare: sed per quandam reversionem fertur per eandem in ipsam similitudinem, quae est in speculo. In quantum ergo intellectus noster per similitudinem, quam accepit a phantasmate, reflectetur in ipsum phantasma, a quo speciem abstrahit, quod est similitudo particularis, habet etiam cognitionem de singulari secundum continuationem quandam intellectus ad imaginacionem.

Ad PRIMVM ergo dicendum, quod duplex est materia a qua sit abstractio, s. materia intelligibilis & sensibilis, ut patet in 7. Met. & dico intelligibilem, ut quae consideratur in natura continui: sensibilem autem sicut materia naturalis: utraque autem dupliciter accipitur, scilicet signata, & ut non signata, & dicitur signata secundum quod consideratur cum determinatione dimensionis harum. Quel illarum non signata autem quae sine determinatione dimensionis consideratur. Secundum hoc igitur est sciendum, quod materia signata est individuationis principium, a qua abstrahit omnes intellectus secundum quod abstrahere ab his, & nunc intellectus autem naturalis non abstrahit a materia sensibili non signata: considerat nam hominem, & carnem & os, in quorum definitione cadit sensibilis materia non signata: sed a materia sensibili totaliter abstrahit intellectus Mathematicus, non autem a materia intelligibili non signata. Unde patet quod abstractio, quae est communis omnium intellectuum, facit formam universalis.

Ad SECUNDVM dicendum, quod secundum Philo. in 3. de anima, non solum intellectus est mouens in nobis, sed etiam phantasma, quod universalis cognitionis intellectus ad particulare operabile applicatur, unde intellectus est qualis mouens remotum: sed ratio particularis & phantasma sunt mouens proximum.

Ad TERTIVM dicendum, quod homo cognoscit singularia per imaginationem & sensum, & ideo potest applicare universalis cognitionem, quae est in intellectu ad particulare, non enim propriamente loquendo sensus aut intellectus cognoscunt: sed homo per utrumque, ut patet in 1. de anima.

Ad QUARTVM dicendum, quod illud quod potest virtus inferior, potest etiam superior, non tamem eodem modo, sed nobilio. unde candere quam cognoscit sensus, cognoscit & intellectus, nobilio modo tamquam, quia immaterialiter. & sic non sequitur quod sicut sensus singularis cognoscat, quod intellectus cognoscat.

ARTICVLVS. VII.

Vtrum intellectus diuinus quecumque cognoscit precipue singularia, cognoscat non esse, vel nunc esse, ita quod attingat enunciabilita.

SEPTIMO queritur, utrum Deus cognoscat singularia, pp positione Au. c. luce 14. rius facta: & hoc est querere, utrum cognoscat enuntiationem, & huius disponibilitam, & precipue circa singularia. Est ut quod non, quae intellectus diuinus semper se habet secundum eandem dispositionem,